Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ideo nolui percipere ex eo. ne forte consuetudo fiat mihi.
& requiram de suauitate olei conditos cibos. & per oc
casionem suauis conditure compellar descendere
ad ciuitatem uel ad uicos. & rursum adheremus. iterumque
descendere. & rursum ad cellulam meam. & per hanc
occasionem ut dixi descendendi & ascendendi
incipiat uagari sensus meus. & mens mea. & per
dam utilitatem secretioris uite. Diabolus enim
multiformis est. & diuersa retia tetendit. ut capi
at hominum mentes. Igitur nos hec audientes.
admirati sumus prudentiam. & conuersationem
sancti senioris.

Item referebat nobis idem abbas benia
min. quia preterissent ad quendam senem qui te
nuit eos ad refectionem. & parauit eis
lenticule cibum coctum. Misit autem in condimentu
m oleum quod de semine raphanorum in locis illis so
let fieri. Nos autem diximus ei. Pater. magis de alio
bono oleo mitte ut possimus comedere. Ille autem
hoc audiens. & signo crucis se signans. dixit
nobis. Et est aliud oleum preter ipsum? Ego hoc
numquam audiui. Erat enim ipse senior ex infan
tia sua in heremo nutritus. & semper permans
sit ibi apud sanctos. & neque in ciuitates neque in ui
cos aliquando egressus est.